



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

VII. Document über die Dedication des Altars der Pfarrkirche zu Hassel bei  
Stendal, vom Jahre 1230.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

et totum forum, quod hactenus commune fuit, ad utilitatem communitatis liberaliter contulimus perpetuo possidendum et in usus sibi utiles conuertendum. Ut autem hec nostra donacio in suo vigore firma maneat et inconuulsa, presentem paginam inde conferibi et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt Henricus pincerna, Albertus de Spandowe, Albertus de Niendorp, Henricus de Woldenhagen, Euerhardus de Cremcowe, Cono de Piwelingen, Albertus salie, Halt de Angern, Volcmarus et Rodolfus, fratres, de Rolstede et alii quam plures. Acta sunt hec apud stendale, Anno Dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXVII, XVI Kalend. Marcii.

Nach dem Original des Salz. Ratharchives No. 3.

VII. Document über die Dedicacion des Altars der Pfarrkirche zu Hassel bei Stendal, vom Jahre 1230.

Anno Incarnacionis Dominice M. CC. XXX. dedicata est hec ecclesia a Domino Wilhelmo, Havelbergensi Episcopo, consenciente venerabili Domino Friderico, Halberstadiensi Episcopo, continentur reliquie Johannis baptiste, Nycolai episcopi et conf., Marie Magd., Godehardi episcopi conf., Stephani prothomart. et aliorum Sanctorum.

Nach Beckmann's Beschreib. a. a. D. Sp. 264, aus einem im Altare der alten Kirche ehemals befindlich gewesenem Pergamentstreifen.

VIII. Die Markgrafen Johann und Otto geben den Gewandschneidern zu Stendal Innungs-Artikel, am 15. Mai 1231.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Johannes et Otto, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus hanc literam inspecturis salutem et omne bonum. Acta presentis temporis deperire solent in futurum, nisi debito literarum subsidio confirmentur. Ea propter notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos Johannes et Otto, Marchiones Brandenburgenses, nostre ciuitati stendale secundum honestiora prospicere cupientes, Jura fratrum gilde et illorum, qui incifores panni actenus nuncupatur, actenus in nostra ciuitate stendal obseruata, in melius immutauimus et immutamus, ita videlicet, quod ipsi eadem super hoc iura obseruent que fratres, gilde et incifores panni in Magdeborch actenus obseruare consueuerunt. Sunt autem hec iura ipforum: Nemo presumat incidere pannum, nisi consorcium habeat nostre fraternitatis, qui autem hoc infregerit, gilde per tria talenta emendabit. Ter in anno debet esse colloquium fratrum, et quicumque ad hoc non venerit, secundum iusticiam emendabit. Quicumque nostram fraternitatem intrare voluerit, cujus pater confrater noster fuerit et pannos inciderit, cum amicis suis